

**UNIVERSITÉ DE COPENHAGUE**

**CAHIERS  
DE  
L'INSTITUT DU MOYEN-ÂGE GREC ET LATIN**

**85**

**Centre for the Aristotelian Tradition**

**Saxo Institute**

**2016**

## **Anonymus Oriensis 33 on *De memoria*. An Edition.**

*Sten Ebbesen*

### **Introduction**

#### **1. The editorial project**

This is the sixth of a series of editions of 13th- and early 14th-century commentaries on Aristotle's *Parva Naturalia* realized in the context of the Gothenburg-based project *Representation and Reality*, which, thanks to a grant from *The Swedish National Bank's Tercentenary Foundation (Riksbankens Jubileumsfond)* has been running from early 2013. The previous instalments are:

1. S. Ebbesen, 'Simon of Faversham, *Quaestiones super librum De somno et vigilia*. An Edition', *CIMAGL* 82 (2013) 90-145.
2. C. Thomsen Thörnqvist, 'Walter Burley's *Expositio* on Aristotle's Treatises on Sleep and Dreaming. An Edition', *CIMAGL* 83 (2014) 379-515.
3. S. Ebbesen, 'Geoffrey of Aspall, *Quaestiones super librum De somno et vigilia*. An Edition', *CIMAGL* 83 (2014) 257-341.
4. S. Ebbesen, 'James of Douai on Dreams', *CIMAGL* 84 (2015) 22-92.
6. S. Ebbesen, 'Radulphus Brito on Memory and Dreams. An Edition', *CIMAGL* 85 (2016) 11-86.

#### **2. The Oriel manuscript**

Ms Oriel College 33 ("O"), now kept in the Bodleian Library, Oxford, is a composite ms, in the official foliation consisting of ff. IV + 414, of which ff. 1-410 constitute the ms proper, the rest being remains of old covers or modern carton leaves added when the codex was rebound some time in the 20th century. There are three foliations, the first, in ink, may be begun in medieval times and later completed by a post-medieval librarian, the second in pencil, possibly due to the 19th-century cataloguer

Coxe, and a final, modern one, presumably added when the codex was rebound.<sup>1</sup>

There are three main parts, all three written in English hands from the late 13th or very early 14th century.

$\alpha$ : 1-7 An index of the questions contained in part  $\beta$

$\beta$ : 8-384 Question commentaries on a number of Aristotelian works, most of them apparently copied by the same scribe:

8r-79v Anon. *Quaest. Arist. Ph.* I-V

80r-97v Anon., *Quaest. Arist. Mete.*

98r-114v Anon., *Quaest. Arist. GC I*

120r-162v Anon., *Quaest. Arist. de Anima*

164r-182v Iohannes de Dydinsale, *Quaest. Arist. de Anima*

183rB-vA Quaestio u. rebus destructis possibilis sit scientia de illis

**184rA-187rB Anon., *Quaest. Arist. Mem.***

192rA-197vA Anon., *Quaest. Arist. Sens.*

199r-261r Anon., *Quaest. Arist. Metaph.* I-VII

262r-268r Anon., *Quaest. Arist. Metaph.* VII

273r-323v <Albertus Magnus> [Iohannes de Dydinsale] , *Quaest. Arist. De animalibus*

323v-329v Anon., *Quaest. Arist. de motu animalium*

330r-335v Anon. *Quaest. Arist. Iuv.*

339r-383r <Iohannes de Dydinsale>, *Quaest. Arist. EN* (Edition by Taki Suto, Kyoto, in preparation)

$\gamma$ : 385v-410v In an early 14th-c. hand: Anonymus, *Sophismata Orielensia*. For more details about this part of the ms, see S. Ebbesen & F. Goubier, A *Catalogue of 13th-century Sophismata*, 2 vols, Vrin: Paris 2010, I: 36-37.

Part  $\beta$  must have belonged to Oriel College already before the index in part  $\alpha$  was added, for f. 8r carries this *ex libris* in a medieval hand: *liber domus beate marie in ox(o)n(ia), et qui istum alienaverit maledicatur*. On f. 383v a 14<sup>th</sup>-c. hand has entered a list of the works contained in part  $\beta$ .

<sup>1</sup> My description of the ms is primarily based on my own examination of it on May 14, 1993, but I have also availed myself of R. Thomson, *Catalogue of Medieval Manuscripts of Latin Commentaries on Aristotle in British Libraries. Volume I: Oxford*, Brepols: Turnhout 2011, pp. 380-383.

However, part  $\beta$  itself seems to have been gathered from originally independent parts, one of them consisting of ff. 339-384, for on f. 339r there is an annotation in lead pencil: *tradantur isti 5 quaterni domino Willelmo de Walecod*. Most of the question commentaries are anonymous, but the second of the two sets of questions on *De anima* is attributed to John Dinsdale (Dydinsale, Tytynsale), while the unattributed set of questions on the *Nicomachean Ethics* at the end of part  $\beta$  is known from elsewhere to be by him. This makes it tempting to think that the questions on the *Parva Naturalia* are also his, but the fact that the ms misattributes Albert the Great's questions on *De animalibus* to Dinsdale may make one pause. Also worth considering is a possible shared authorship for the anonymous questions on *De anima* (ff. 120r-162v) and those on *De memoria*.

Anyway, in connection with the palaeographical criteria, Dinsdale's name and that of William of Walcote direct us towards late 13th- or very early 14th-century Oxford as the probable environment in which the works in part  $\beta$  were collected, and most of them presumably also composed. John Dinsdale is known to have been a fellow of Merton College from 1284/85 till his death in 1289<sup>1</sup> and William of Walcote (†1323) was a fellow of the same college 1291-1308.<sup>2</sup> I cannot, however, exclude the possibility that the questions on *De memoria* are a Parisian product that had found favour with some Oxford master.

### 3. Contents of the Questions on *De memoria*

The Oriel commentary consists of the eleven questions listed below. In the columns to the right is indicated which question titles are also found in the commentaries of Peter of Auvergne, Radulphus Brito, Anonymus Parisini 16160 (ms Paris, BnF, lat. 16160: 119rA-123vB) and Anonymus Mertoniani 276 (ms Merton College, Oxford, 9vB-12vB). Minor discrepancies between the titles of questions are disregarded. Parentheses around a number indicates that the title is significantly different, although the question debated is fundamentally the same. For more information about

<sup>1</sup> See A.B. Emden, *A Biographical Register of the University of Oxford*, vol. III, Oxford 1959, p 1926.

<sup>2</sup> See Emden, *op. cit.*, p. 1957. According to Emden, Walcote's name also occurs at the foot of f. 131v, but I have not had any opportunity to check on this piece of information.

those commentaries, see S. Ebbesen, C. Thomsen Thörnqvist & V. De-caix, 'Questions on *De sensu et sensato*, *De memoria* and *De somno et vigilia*. a Catalogue', *Bulletin de Philosophie Médiévale* 57 (2015) 59-115.

Anonymus Orielensis 33, <i>Quaest. Mem.</i>			P. A.	Brito	16160	276
N°	O	Title				
01	184rA	U. scientia de memoria sit distincta a scientia de anima et de aliis partibus animae	01	01	02	
02	184rB	U. memoria sit solum praeteritorum	04	03	04	02
03	184vA	U. intellectus aliquid possit intelligere sine phantasmate	05	06	10	03
04	185rA	U. memoria possit esse perse in parte intellectiva	08			04
05	185vA	U. memoria differat a phantasia	(09)	(05)	(09)	
06	186rA	U. ad memoriam pertineat oblivio	11	07	12	05
07	186rA	U. pueri et senes sint male memorabiles			07	(06)
08	186rB	U. memoria insit omnibus animalibus	10		13	
09	186vA	U. reminiscencia sit passio partis sensitivae vel intellectivae	16		11	
10	186vB	U. memoria et reminiscencia sint eiusdem potentiae	15	08	17	07
11	187rB	U. modus memorandi sit naturalis vel rationalis sive artificialis				

As was to be expected, Anonymus Orielensis shares several *rationes principales* with Peter of Auvergne (see annotation in the edition, below), and in qu. 3 and 9 also important parts of the determination, but the agreement is never so close as to suggest a direct loan from one to the other. The same is true of the cases in which Anon. Orielensis shares material with Radulphus Brito.

Anonymus Orielensis 33 is remarkably parsimonious in his use of *auctoritates*. There is one reference to Avicenna and one to Averroes' com-

pendium of the *Parva Naturalia*. Otherwise, only Aristotle is appealed to. Albert the Great is neither mentioned nor, it seems, used. In this respect the Oriel author behaves like Peter of Auvergne, and very differently from both Radulphus Brito, Anonymus Parisini 16160 and Anonymus Vaticanani 3061.<sup>1</sup>

#### 4. *Ratio edendi*

I have imposed my own classicising orthography, my own punctuation and my own paragraphing on the text without providing any information in the apparatus about the spelling in **O** except if it seemed interesting for one reason or another.

I have indicated the structure of the questions by numbering the *rationes principales* 1. (1.1, 1.2 ...) and 2. (2.1 ...) and the determination 3. (sometimes divided into 3.1, 3.2 ...), while referring answers *ad rationes* to their proper *rationes principales* by writing *Ad 1.1*, *Ad 1.2* etc. All italicised words and numbers in the text are my additions.

I have resorted to emendation when needed, but for the most part the text of **O** is sound and needs no such philological surgery.

The critical apparatus records all the edition's deviations from the manuscript's wording in so far as they do not appear from the critical parentheses in the text.

#### 5. Acknowledgements

I owe many thanks to Michael Stenskjær Christensen, M.A., who during a visit to Oxford earlier this year took some fresh digital pictures of the relevant part of the Oriel ms. His photos enabled me to read many a passage that was illegible in my old microfilm due to dark shadows cast by the uneven surface of the parchment.

My trusty friend Dr Silvia Donati (Albertus-Magnus-Institut, Bonn), who has read all my editions of *Parva Naturalia* questions before publication, has been through this one too, detecting both typing errors and a couple of misreadings of the ms. Finally, she pointed out that the questions on *De animalibus* contained in the Oriel ms are actually by Albert the Great

---

<sup>1</sup> For information about Anonymus Parisini 16160 and Anonymus Vaticanani 3061, see Ebbesen, Thörnqvist & Decaix, *Catalogue*, mentioned above.

and not by John Dinsdale, as the ms claims. This I would not have found out without her help, I am sure.

## 6. Editions referred to in the apparatus

Aristotle: *Loci Aristotelici* are identified with the standard references to Immanuel Bekker's *Aristoteles graece*, Berlin 1833. The single works are abbreviated as in Liddle-Scott-Jones, *A Greek-English Lexicon*, Oxford 1940. The same abbreviations are used for commentaries on his works.

For the text of William of Moerbeke's translation of *De memoria et reminiscencia*, I have used the edition attached to Thomas Aquinas' commentary in the *Editio Leonina* vol. 45,2: 103ff.

Avicenna *Latinus, Liber de anima seu Sextus de naturalibus IV-V*, ed. ed. S. C. van Riet, Éditions orientalistes: Louvain & Brill: Leiden, 1968.

Averroes: For Averroes' compendium of *De memoria* I have used:

Averrois Cordubensis *Compendia librorum Aristotelis qui Parva Naturalia vocantur*, rec. Aemilia Ledyard Shields adiuvante Henrico Blumberg, Corpus Commentariorum Averrois in Aristotelem, Versiones Latinae VII, Medieval Academy of America: Cambridge, Mass. 1949.

Petrus de Alvernia, *Quaestiones super librum De memoria*, in D. Bloch, 'Peter of Auvergne on Memory', *CIMAGL* 78 (2008) 51-110.

Radulphus Brito, *Quaestiones super librum De memoria*, in S. Ebbesen, 'Radulphus Brito on Memory and Dreams. An edition.', *CIMAGL* 85 (2016) 11-86.

## 7. Sigla

<b>O</b>	<i>codex Oriensis 33</i>
<b>[184vB]</b>	<i>hic incipit columna dextrafolii 184 versi eiusdem codicis</i>
<b>\album/</b>	<i>album secundario (inter lineas vel in mg.) inseruit scriba</i>
<b>[album]</b>	<i>album delendum censeo</i>
<b>[[album]]</b>	<i>album deletum habet codex</i>
<b>&lt;album&gt;</b>	<i>album, quod numquam in codice fuit, addendum censeo</i>
<b>***</b>	<i>lacuna a librario indicata</i>
<b>&lt;***&gt;</b>	<i>verbum vel verba excidisse censeo</i>
<b>†album ac†</b>	<i>verba album ac aut per se corrupta esse aut aliquid excidisse puto</i>
<b>(?)</b>	<i>de lectione vocis praecedentis dubitare licet</i>
<b>pond()lem</b>	<i>vox ita compendiose scripta ut inter pond et lem aliquid omissum esse indicetur</i>
<b>pond(erabi)lem</b>	<i>litterae erabi notâ compendii indicatae</i>
<b>cf.</b>	<i>confer, conferend-us/a/um etc.</i>



## Anonymi Orielensis 33

### *Quaestiones super librum De memoria et reminiscencia*

#### 184r **DE MEMORIA ET REMINISCIENCIA**

184rA

<Mem. 1.449b3> <R>**ELIQUORUM AUTEM PRIMUM CONSIDERANDUM**

#### *Quaestio 1*

##### *Utrum scientia de memoria sit distincta a scientia de anima*

Circa istum librum primo quaeratur utrum scientia de memoria sit distincta a scientia de anima et de aliis partibus animae.

1. Et videtur quod non.

1.1<sup>1</sup> Nam cuius est considerare subiectum, eius est considerare proprietates et passiones subiecti; sed memoria est quaedam potentia animae; cum ergo in libro De anima doctrina traditur de anima, ibi determinabitur de memoria.

1.2 Praeterea, propinquior est animae memoria quam intellectus; sed de intellectu non determinatur nisi in libro De anima; ergo etc. Maior patet, nam anima<sup>2</sup> est actus corporis physici organici, memoria autem utitur organo corporeo et non intellectus; ergo memoria magis participat de ratione animae quam intellectus.

---

<sup>1</sup> *Rationi 1.1 similis est ratio 1.1 quaestionis 1<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL 78 (2008) 60. Rationibus 1.1-1.2 similes sunt rationes 1.1.1-1.1.2 quaestionis 1<sup>ae</sup> Radulphi Britonis, CIMAGL 85 (2016) 24.*

<sup>2</sup> anima – organici] *ex Arist., de An. II.1.412b5-7.*

1.3 Praeterea, memoria est quaedam passio<sup>1</sup> primi sensitivi. Cum ergo in libro De sensu determinetur de sensu in communi, scientia de memoria ab illa non erit distincta.

2. Oppositum patet per Philosophum.<sup>2</sup>

3. Dicendum quod de memoria est specialis scientia et ab aliis distincta. Cuius est ratio quia ad diversitatem scientiarum non<sup>3</sup> requiritur diversitas rerum in natura et in esse, sed sufficit diversitas rationis. Materia enim prima et est de consideratione physici et metaphysici; metaphysici in quantum est quoddam ens et sub differentia entis cadit, quia ens dividitur per actum et potentiam, et materia cadit sub potentia; sed in quantum est principium transmutationis cadit sub consideratione naturalis. Et idem est de corpore, nam in quantum est subiectum trinae dimensionis pertinet ad mathematicum, sed in quantum est subiectum motus pertinet ad naturalem. Nunc autem memoria dupliciter potest considerari: uno modo in quantum est potentia animae, et sic de ipsa habet determinari in libro De anima; alio modo potest considerari per comparisonem ad organa et eius obiectum, et sic hic determinatur de memoria. Et <est> rationale quod ista editio distincta sit a libro De anima, quia unumquodque est intelligibile sicut est a materia separabile; nunc autem manifestum quod secundum diversum modum separationis a materia sunt diversae partes essentialis philosophiae, ut naturalis, mathematica et divina. Et eodem modo in eadem scientia secundum diversum modum separationis et concretionis sunt diversae scientiae. Unde patet quod liber Physicorum distinguitur a libro De caelo secundum diversum modum separationis, quia in libro Physicorum <determinatur> de motu in communi, sed in De caelo ut applicatur ad motum localem; nunc autem hic determinatur de memoria applicando ipsam ad organum et obiectum, sed in libro De anima determinatur de ipsa magis abstractivae, et ideo necesse est quod sint diversae partes scientiae.

Intelligendum etiam est quod sicut natura procedit ab imperfecto ad perfectum, sic ars et doctrina; sed in genere animatorum genus plantarum est magis imperfectum, se habet enim ad animalia sicut inanimatum ad animatum; post genus plantarum est genus animalium habentium solum

<sup>1</sup> passio *scripsi coll.* Arist., *Mem.* 1.450a12-14] pars O.

<sup>2</sup> Arist., *Sens.* 1.436a1-9.

<sup>3</sup> non] *lectio incerta* O.

tactum et gustum absque motu processivo, et post talia est genus animalium gradientium, et talia sunt <\*\*\*> prudentia, cuius sunt partes tres, sc. providentia per quam futura disponuntur, et intelligentia per quam praesentia percipiuntur, et memoria /184rB/ per quam praeterita comprehenduntur; unde memoria, cum sit pars prudentiae, non inest nisi animalibus participantibus aliquam similitudinem rationis, quia prudentia est recta ratio agibilium, et illa propria virtus hominis est. Quia ergo in libro De anima determinatur de anima ut communis est omnibus animatis, et in libro De sensu determinatur de sensu, qui communis est omnibus animalibus, ideo rationale est quod librum De sensu sequatur liber De memoria, quae solum convenit animalibus perfectis.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod in libro De anima determinatur de memoria in quantum est passio animae, hic tamen determinatur sub alia ratione.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod intellectus non utitur aliqua parte corporis sicut organo, et ideo non est specialis tractatus de intellectu applicando ipsum ad organum, maxima enim concretio intellectus est in anima humana, et maxima eius abstractio est in intelligentia. Sed primo modo determinatur de eo in De anima, et secundo modo in Metaphysica. Sed memoria est utens organo, et ideo potest considerari et abstracte et concrete ad organum.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod in libro De sensu solum determinatur de sensu exteriori, sed memoria est sensus interior; ideo etc.

## *Quaestio 2*

### *Utrum memoria sit solum praeteritorum*

Quaeritur utrum memoria sit <solum> praeteritorum.

*1.1* Et videtur quod non.

*1.1* Aliquis potest esse memor sui, sed unusquisque sibi semper est praesens; ergo memoria potest esse praesentium.

---

<sup>1</sup> *Rationibus 1.1-1.2 similes sunt rationes 1.1-1.2 quaestionis 4<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL 78 (2008) 68-69.*

1.2 Praeterea, omne movens et agens est ens; ergo quod ducit aliquam potentiam in actum est ens; sed memorabile ducit potentiam ad actum; ergo memorabile est ens; sed praeteritum est non ens; ergo etc.

1.3 Praeterea, inter agens et patiens requiritur proportio, et similiter inter agens et instrumentum; nunc autem potentia memorativa ducitur in cognitionem memorabilis per passionem quae in ipsa est; sed in passione nihil est per quod magis determinetur ad praeteritum quam<sup>1</sup> ad praesens; cum ergo ista passio sit effectus memorabilis et instrumentum animae, videtur quod memoria non magis determinetur ad praeterita quam ad praesens.

2. Oppositum patet per Philosophum.<sup>2</sup>

3. Dicendum quod memoria est praeteritorum ut praeterita sunt, et si sit praesentium vel futurorum, non tamen est eorum in quantum talia, sed ut praeterita. Cuius ratio est: memoria est potentia utens organo, sed actio cuiuslibet talis potentiae mensuratur tempore, et obiectum talis potentiae sub aliqua differentia temporis cadit; sed obiectum memoriae non mensuratur differentia temporis futuri, talia enim sunt sperabilia et opinabilia, et memoria distinguitur a spe et opinione; nec mensuratur tempore praesenti, quia differt a sensu exteriori; erit ergo eius obiectum tempore praeterito mensuratum. Et<sup>3</sup> illud patet ex communi modo loquendi, cum enim aliquis videt album vel audit acutum non dicit se memorari album vel acutum sed sentire. Similiter cum aliquis actu aliquid considerat vel per se ipsum inventum vel per doctrinam, non dicit se memorari illud, sed /184vA/ [sed] scire vel intelligere. Sed cum in anima aliquid praeconceptum vel intellectum est, manet habitualiter, et inter priorem apprehensionem et praesens nunc est tempus<sup>4</sup> medium. Si anima convertat se ad illiud prius comprehensum dicit se memorari dicens se hoc prius sensisse <vel> intellexisse, et ita memoria est praeteritorum ut praeterita sunt.

Intelligendum tamen quod praeteritum potest dupliciter intelligi: uno modo quantum ad esse, et tale praeteritum non est; alio modo quantum ad apprehensionem, et tale praeteritum bene potest esse, nihil enim

---

<sup>1</sup> quam] quod O.

<sup>2</sup> Arist., *Mem.* 1.449b15.

<sup>3</sup> Et illud patet *etc. usque ad finem paragraphi*] Cf. Arist., *Mem.* 1.449b15-23.

<sup>4</sup> tempus] praesens O.

<prohibet> aliquid praesentialiter existens prius fuisse apprehensum. Unde memoria non est praeteritorum ita quod non existentium, sed est praeteritorum i.e. eorum quae prius erant apprehensa.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod etsi aliquis semper sit sibi ipsi praesens, non tamen quaecumque apprehensio sui semper est praesens, et ideo potest aliquis habere memoriam sui quantum ad aliquid de se ipso prius apprehensum, prout aliquis memoratur se prius hoc sensisse vel passum fuisse, et ita de aliis. Unde non est memoria sui ut praesens est, sed magis ut praeteritus est.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod nihil prohibet aliquid non esse in re et tamen praesentialiter esse respectu potentiae memorativae, quia quod praesens est memoriae sufficit esse in imagine, quia illa similitudo quae ex sensibili praesente causata fuit in anima, illa in absentia eiusdem sensibilis manet in memoria, et ideo per ipsam potest duci in cognitionem eius cuius est, etsi in re non existat.

Unde ad formam dicendum quod illud quod nec est nec fuit nec erit nullam potentiam movere potest; quod tamen praeteritum est, pro eo quod aliquando praesens erat, movere potest virtutem memorativam.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod passio quae est in anima dupliciter potest considerari, sicut<sup>1</sup> animal depictum in pariete potest considerari in quantum res depicta est vel in quantum est imago animalis vivi. Sed passio in anima potest considerari in quantum quaedam forma est et apparitio, et sic potest pertinere ad intellectum et ad imaginationem; vel ut est imago rei quae nunc non est praesentialiter in sensu, sed sub sensu erat, et sic potest esse principium memorandi. Unde in ipsa passione in se considerata non est aliquid per quod magis determinetur ad praeteritum quam ad praesens, sed quia ipsa est quaedam imago rei quae praeterita est, ideo principium memorandi est. Si autem<sup>2</sup> res cuius est imago esset praesens, posset <esse> principium sentiendi; unde quod magis determinatur ad praeteritum quam ad praesens, hoc est ex condicione rei.

---

<sup>1</sup> sicut animal *etc.*] Cf. Arist., *Mem.* 1.450b210-25.

<sup>2</sup> autem] quod **O**, *ut videtur*.

<Mem. 1.449b30> **QUONIAM AUTEM DE PHANTASIA**

### *Quaestio 3*

#### *Utrum intellectus aliquid possit intelligere sine phantasmate*

Circa illud quaeritur utrum intellectus aliquid possit intelligere sine phantasmate.

1. Et videtur quod sic.

1.1 Intellectus nihil per se intelligit nisi a phantasmatibus abstrahatur, ergo quicquid intelligit sine phantasmate intelligit.

1.2<sup>1</sup> Praeterea, magis dependet phantasia<sup>2</sup> vel imaginatio a sensu quam intellectus a phantasia; sed phantasia potest operari in absentia sensibilium, ergo multo magis intellectus in absentia /184vB/ phantasmatum.

1.3 Praeterea, phantasmata solum sunt rerum corporalium, quia phantasmata non excedunt tempus et continuum; si ergo nihil intelligeremus sine phantasmate, res incorporeas non intelligeremus.

1.4 Praeterea, intellectus est in actu per species quibus informatur; sed intellectum esse in actu est ipsum intelligere; ergo ad hoc <quod> intellectus intelligat sufficiunt species quibus informatur.

2. Oppositum dicit Philosophus.<sup>3</sup>

3. Dicendum quod intellectus noster ut corpori est unitus non<sup>4</sup> intelligit sine phantasmate. Quod patet et in prima acquisitione intelligibilium et etiam in speculatione prius acquisite. Nam<sup>5</sup> triplex est gradus virtutis cognoscitivae: quaedam est utens organo corporali et in materia existit; alia est quae nec <est> in materia nec organo utitur; et tertia est quae est in materia sed organo non utitur. Prima est sensus, secunda intellectus substantiae separatae, et tertia est intellectus humanus. Si igitur virtus

<sup>1</sup> *Rationibus 1.2-1.3 similes sunt rationes 1.2-1.3 quaestionis 5<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL 78 (2008) 72-73.*

<sup>2</sup> phantasia] phantasma O.

<sup>3</sup> Arist., *Mem.* 449b31-450a1.

<sup>4</sup> non intelligit] inintelligit O.

<sup>5</sup> nam] *lectio incerta* O.

proportionatur obiecto, isti triplici virtuti triplex<sup>1</sup> correspondet obiectum; obiectum enim sensus, eo quod organo utitur, est res ut in materia existit, et quia res in quantum huiusmodi est particularis et singularis, ideo sensus particularium est; sed intellectus<sup>2</sup> separati sunt res a materia separatae secundum esse, intellectus enim separati intuentur se et intuendo se habent cognitionem istorum immaterialium.<sup>3</sup> Sed obiectum intellectus humani, quia est in materia, oportet quod sit in materia; sed quia non utitur organo, ideo obiectum eius est non ut in materia, unde obiectum intellectus nostri est quidditas rei materialis non ut in materia existit. Quia igitur nihil perfecte cognoscitur prius quam cognoscitur ut est, et obiectum intellectus nostri esse habet in materia particulari, ideo nihil perfecte potest cognoscere prius quam convertat<sup>4</sup> se a<d> phantasmata, quae sunt singularia; unde in acquirendo <scientiam> indiget phantasmate, quia intelligit abstrahendo a phantasmatibus, et in utendo scientia acquisita.

Quod<sup>5</sup> perfecte non intelligit nisi convertendo se ad phantasmata, illud patet ex duobus signis:

Primum est quod intellectus, cum <non> utatur organo, non impediretur eius actio per laesionem organi nisi ad actionem eius requiretur<sup>6</sup> virtus utens organo; sed imaginatio et memoria et aliae virtutes cognitivae<sup>7</sup> utuntur organo, et laeso organo phantasiae, ut in phreneticis et ita de aliis, impeditur operatio intellectus; ergo intellectus indiget phantasmate ad hoc quod intelligat.

Signum secundum est quod cum aliquid volumus intelligere, formamus aliquod idolum in anima in quo imaginemur<sup>8</sup> quod speculari volumus. Volenti enim speculari<sup>9</sup> naturam hominis abstracte<sup>10</sup> necessarium est

<sup>1</sup> triplex] tertius O.

<sup>2</sup> intellectus separati] *intellige* <obiectum> intellectus separati (*genitivo singularis*).

<sup>3</sup> immaterialium] *lectio incerta* O.

<sup>4</sup> convertat] converteret O.

<sup>5</sup> quod] quia O. *Quae de duobus signis dicuntur similia sunt eis quae in quaestione 5<sup>a</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL78 (2008) 73-74 leguntur.*

<sup>6</sup> requiretur] acquiretur(?) O.

<sup>7</sup> cognitivae] *lectio incerta* O.

<sup>8</sup> imaginemur] *lectio incerta* O.

<sup>9</sup> speculari] quam cumque O.

<sup>10</sup> abstracte] ab()te (*i.e.* abstracte vel absolute) O.

ponere ante oculos mentis similitudinem hominis sub quantitate determinata,<sup>1</sup> et tamen non intelliget ipsum secundum quantitatem<sup>2</sup> eius, sed naturam abstractam<sup>3</sup> intelligere non potest nisi in quanto, et ideo doctor instruens discipulum proponit exempla ad quorum similitudinem formet idolum in anima, unde Philosophus dicit in 3<sup>o</sup> De anima:<sup>4</sup> intellectus species intelligit /185rA/ in phantasmatis, et ibi dicit quod sive aliquis sit addiscens sicut scientiam de novo acquirens sive speculans sicut scientia \acquisita utens/, necesse est phantasmata speculari.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod intellectus intelligit et abstrahendo a phantasmate et intelligit in phantasmate, quia licet convertat se ad phantasma alicuius rei, potest tamen separare naturam rei a condicionibus phantasmatis, unde a phantasmatis abstrahit, quia sunt condiciones singularium, et in ipsis tamen intelligit quia obiectum eius in particularibus existit.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod phantasma est similitudo rei particularis et sensibilis, et ideo non indiget operatione sensus alterius ad hoc quod imaginatio sive phantasia operetur; sed ita non est de intellectu, nam species intelligibilis non est similitudo rei ut particularis, et ideo praeter illam speciem indiget intellectus phantasmate.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod rerum incorporearum proprie non sunt phantasmata, et ideo ipsas directe non intelligimus, sed<sup>5</sup> eas intelligimus per privationem vel per comparisonem ad res corporales, et ideo cum tales res inspicimus nos aliquam similitudinem rerum formamus.

*Ad 1.4* Ad aliud argumentum <dicendum> quod intellectus est in actu primo per speciem intelligibilem qua informatur, sed ad hoc quod sit in actu secundo, ita quod actu intelligat, requiritur quod hanc speciem applicet ad rem a qua abstrahitur, unde aequivocatur ‘actus’ cum dicitur quod est actu cum intelligit et<c.>

---

<sup>1</sup> determinata] determinate **O**.

<sup>2</sup> quantitatem eius] *ferè* (quod)<sup>m</sup>c<sup>9</sup> **O**.

<sup>3</sup> abstractam] ab(t)am (*i.e.* abstractam *vel* absolutam) **O**.

<sup>4</sup> intellectus – phantasmatis: Arist., *de An.* III.7.431b2. *Reliqua expressis verbis in De anima non inveniuntur.*

<sup>5</sup> sed] *vel* **O**.



### *Quaestio 4*

#### *Utrum memoria possit esse per se in parte intellectiva*

Quaeritur utrum memoria possit esse per se in parte intellectiva.

1. Et videtur quod sic.

1.1<sup>1</sup> Memoria est quadam potentia <quae> conservat speciem; sed in intellectu conservatur species, est enim locus specierum (in tertio De anima<sup>2</sup>).

1.2 Praeterea, principium memorandi est species considerata ut imago rei prius receptae per intellectum; ergo in intellectu est sufficiens principium memorandi.

1.3 Praeterea, si memoria non sit in parte intellectiva, hoc non est nisi quia memoria est praeteritorum, et praeteritum in quantum tale est particulare, cuius non est intellectus; sed illud non obstat, quia cuius est considerare intellectum, eius est considerare actum intellectus, et cuius est considerare actum, eius est considerare obiectum; sed intellectus intelligit se; potest igitur suum actum intelligere, et ita se intellexisse; sed <obiectum> huius actus praeteriti est aliquid in praeterito intellectum, ergo potest intellectus apprehendere praeteritum.

2. Ad oppositum:

2.1 Est Philosophus.<sup>3</sup> Dicit enim quod memoria est primi sensitivi per se, intellectus autem per accidens.

2.2 Praeterea per rationem: Si in intellectu maneret species tamquam in memoria, aut ad hoc quod intelligat oportet se convertere ad phantasmata aut non; si sic, ergo vanae sunt illae species, quia aequae facilliter posset speciem a phantasmate abstrahere sicut speciem ad phantasma comparare; si non, eius oppositum dictum est in priori<sup>4</sup> quaestione.

2.3 Similiter, memoria est praeteriti ut praeteritum est, sed praeteritum ut praeteritum est particulare, cuius non est intellectus.

---

<sup>1</sup> *Similis est ratio 1.1 quaestionis 8<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL 78 (2008) 82-83.*

<sup>2</sup> Arist., *de An.* III.4.429a27-28.

<sup>3</sup> Arist., *Mem.* 1.450a12-14.

<sup>4</sup> priori quaestione] *sc. qu. 3.*

3. Dicendum quod cum /185rB/ memoria sit conservativa specierum, ad videndum utrum in parte intellectiva sit memoria oportet videre utrum in parte intellectiva possint species conservari. Avicenna<sup>1</sup> autem ponit quod species solum conservantur in vir<tut>ibus sensitivis, quia vir<tut>es sensitivae utuntur organis, quorum organa quaedam sunt humida et quaedam sicca, et ideo quaedam \vir<tut>es/ sunt receptivae et quaedam non, \sed retentivae/. Sed pars intellectiva organo non utitur, et ideo in ipsa talis diversitas poni non potest. Sed quam cito desinit actu intelligere cessant species quae fuerunt in intellectu, sicut ad absentiam corporis luminosi cessat lumen in medio. Et si iterum debeat intellectus intelligere, oportet quod convertat se ad intellectum agentem, quem posuit substantiam separatam, a qua posuit species intelligibiles in animas nostras effluere.

Sed illud est contra Philosophum 3<sup>o</sup> De anima,<sup>2</sup> dicit enim quod cum intellectus fiat singula ut sciens dicitur secundum actum, sed tamen adhuc est in potentia, aliter tamen quam ante addiscere vel invenire, quia cum fit singula per species potest operari per se ipsum cum voluerit, sic tamen non potest ante acquisitionem specierum. Videtur ergo quod intellectus ante addiscere et invenire est in potentia pura, sed cum actu intelligat est \non/ in potentia pura,<sup>3</sup> sed cum speciem habeat et non considerat medio modo se habet. Illud autem non posset esse nisi species posset<sup>4</sup> esse in intellectu cum non intelligit. Et illud patet per rationem: unumquodque enim in alio receptum recipitur per modum recipientis; sed intellectus est virtus magis stabilis quam sensus; cum ergo species [possit] non solum in sensu possit recipi, sed conservari, multo magis in virtute intellectiva.

Unde ad quaestionem dicendum quod si ad memoriam requiritur solum conservatio specierum, in parte intellectiva potest esse memoria. Si tamen de ratione memoriae sit praeteritum ut praeteritum, cum praeteritum ut praeteritum sit certo tempore mensuratum et intellectus abstrahit a certis differentiis temporis, in parte intellectiva non erit memoria. Isto

---

<sup>1</sup> *Locum non inveni.*

<sup>2</sup> Arist., *de An.* III.4.429b5-9.

<sup>3</sup> pura] puro **O**.

<sup>4</sup> posset] possit **O**.

secundo modo loquitur hic Philosophus de memoria, et ideo dicit<sup>1</sup> quod memoria est illius partis quae habet sensum et discretionem temporis, ut primi sensitivi; sed quia non solum est memoria prius apprehensi per sensum sed etiam per intellectum, ideo per accidens est in intellectu.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod si memoria accipiatur pro sola conservatione, sic potest esse in intellectiva.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod species intelligibilis non est praeteriti ut praeteritum imago, sed est imago<sup>2</sup> rei abstractae ut abstrahitur a praeterito et praesente, et illa species non est sufficiens principium memorandi.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod praeteritum dupliciter potest accipi: et ex parte actus, et ex parte obiecti. Et in parte sensitiva ista simul coincidunt, simul enim percipit se sensisse et sensisse se praeteritum; sed in parte /185vA/ intellectiva praeteritio accidit ex parte obiecti, accidit enim intelligibili in quantum intelligibile est praesens, praeteritum et futurum. Sed ex parte actus \*\*\*<sup>3</sup> et huius ratio est quia singulari<sup>4</sup> in quantum singulare non repugnat intelligi,<sup>5</sup> sed unde materiale est. Unde substantiae separatae sunt per se intelligibiles, unde intellectus potest se intelligere non obstante quod ipse singularis <sit>, quia immaterialis est; et eadem ratione suum actum, ex quo immaterialis est; et ideo potest intelligere se intellexisse et suum intelligere; sed obiectum sui intellexisse non est praeteritum ut praeteritum, quia idem intellexit et [quod] intelligit, sed licet suum intelligere mensuretur tempore praeterito, obiectum tamen eius intelligere a tempore est abstractum; sic etiam<sup>6</sup> de suo intellexisse.

*Ad 2.1* Ad auctoritatem Philosophi ad oppositum patet, quia loquitur de memoria praeteriti ut praeteritum est.

---

<sup>1</sup> Arist., *Mem.* 1.450a12-14.

<sup>2</sup> imago] *lectio incerta* O.

<sup>3</sup> \*\*\*] *lacunam 16 fere litterarum capacem reliquit* O.

<sup>4</sup> singulari] *singulare* O.

<sup>5</sup> intelligi] *fere intelligier* O.

<sup>6</sup> etiam] *lectio incerta* O.

## *Quaestio 5*

### *Utrum memoria differat a phantasia*

Quaeritur utrum memoria differat a phantasia vel sensu communi.

1. Et videtur quod non.

1.1 Potentiae cognoscuntur per actus, et actus per obiecta; sed idem est obiectum memorativae et imaginativae, quia memorabile potest esse imaginabile et e converso.

1.2 Praeterea, forma proportionatur materiae et e converso; sed virtutes sensitivae utuntur organis; quorum ergo organa sunt eadem specie, et ipsa sunt eadem; sed organum phantasiae et memoriae idem specie est, quia utriusque est conservare; ergo eadem sunt.

1.3<sup>1</sup> Praeterea, passio non distinguitur a suo subiecto per oppositum; sed memoria et imaginatio sunt passionibus<sup>2</sup> primi sensitivi; ergo memoria et phantasia non differunt.

1.4 Praeterea, species conservata in phantastica potest esse imago rei praeteritae. Quaero ergo utrum phantastica potest per illam speciem cognoscere praeteritum vel non potest. Si potest, ergo phantastica potest memorari; si non potest, frustra erat ibi illa species.

2. Oppositum patet per Philosophum.<sup>3</sup>

3. Dicendum quod memoria est distincta a phantasia et a sensu communi. Et huius ratio est, nam potentia est immediatum principium operandi; quaecumque operationes ad idem principium non possunt reduci ad diversas potentias pertinent; sed sentire et memorari et imaginari ad idem principium non possunt reduci; ad diversas ergo potentias pertinent. Assumptio patet: natura non deficit in necessariis; quot ergo necessaria sunt ad vitam animalis perfecti tot providet<sup>4</sup> natura animali; sed ad vitam animalis perfecti non sufficit quod notitiam animal[is] rerum habeat ad earum praesentiam, sed apud earum absentiam; oportet ergo quod

---

<sup>1</sup> *Rationi 1.3 similis est ratio 1.1 quaest. 9<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL 78 (2008) 85.*

<sup>2</sup> *passiones primi sensitivi] cf. Arist., Mem. 1.450a12-14.*

<sup>3</sup> *Arist., Mem. 1.450a22-23.*

<sup>4</sup> *providet] providat O.*

aliam potentiam habeat per quam praesentia sensibilia apprehendat,<sup>1</sup> et aliam per quam apprehensa in eorum absentia conservet;<sup>2</sup> alioquin, cum motus et actio animalis sequatur apprehensionem, ad nihil absens moveretur. Sed in corporalibus<sup>3</sup> alterius est recipere et alterius retinere: humidi enim est recipere et non retinere, et sicci est retinere et non recipere; oportet ergo quod organum potentiae receptivae sit humidi a dominio et<sup>4</sup> re[n]tentivae sicci.

Sed est intelligendum quod si animal solum apprehenderet sensibilia et moveretur vel ageret propter delectationem quae est in sensu, non indigeret nisi potentiis apprehensivis sensibilibus; sed non est ita, immo animal movetur ad<sup>5</sup> appetitum et fugam propter alias utilitates et nocumenta quam quae sensu percipiuntur, sicut ovis videns lupum fugit, non propter indecentiam coloris sed propter<sup>6</sup> inimicum naturae; et avis videns granum prosequitur non propter colorem vel figuram sed propter nutrimentum. [[sed]] Istae autem intentiones, sc. amicitia et inimicitia et convenientia nutrimenti et disconvenientia, non percipiuntur sensu; necessaria<sup>7</sup> est igitur animali alia potentia per quam tales intentiones recipiat, et alia per quam ipsas retineat. Ad recipiendum ergo species sensibilibus ordinatur sensus proprius et communis, sed ad retinendum ordinatur phantasia sive imaginativa; ad recipiendum vero intentiones quas non percipit ordinatur virtus aestimativa, et ad retinendum memorativa. Unde memorativa dicitur quasi thesaurus intentionum. Et quod sic recipiat intentiones patet, quia ratio praeteriti, quae ad memoriam pertinet, quaedam intentio est, et ita manifestum est quod memoria differt a phantasia. Unde istae sunt quattuor virtutes<sup>8</sup> sensitivae interiores: sensus communis et imaginativa, aestimativa et memorativa.

<sup>1</sup> apprehendat] appre + *spatium vacuum trium fere litterarum capax* O.

<sup>2</sup> conservet] conservat O.

<sup>3</sup> corporalibus] *vel* cor(pori)bus O.

<sup>4</sup> et retentivae sicci] *intellige* et <quod organum potentiae> retentivae <sit> sicci <a dominio>.

<sup>5</sup> ad] per O.

<sup>6</sup> propter] quia O.

<sup>7</sup> necessaria] nec(essariu)m O.

<sup>8</sup> virtutes] v(ir)ires O.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod etsi idem sit memorabile et imaginabile, sub alia tamen et alia ratione, quia ut praeteritum est memorabile, et sub ista ratione non est imaginabile.

Vel aliter dicatur<sup>1</sup> quod proprie loquendo idem non est memorabile et imaginabile, quia illud proprie est imaginabile quod sensu percipitur, sed memorabile est aliquid sub intentione quam sensus non percipit.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod etsi organum phantasiae sit retentivum sicut [[alt]] memorativae, alterius tamen est memorativum et alterius phantasticum, quia organum phantasticae est retentivum specierum sensibilium, sed organum memorativae intentionum quae sub sensu non cadunt.<sup>2</sup>

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod inter potentias animae est quidam ordo eo quod una oritur ab alia; sensus enim communis est sicut radix et origo aliarum virium interiorum, et ideo dicitur quod primum sensitivum est subiectum aliarum virium.

*Ad 1.4* Ad aliud dicendum quod licet species retenta in virtute phantastica sit imago rei praeteritae,<sup>3</sup> virtus tamen phantastica non potest se convertere super ipsam sub ista ratione; nec tamen est ibi frustra, quia sub alia ratione potest se super /186rA/ ipsam convertere, quia non convertit se <super \*\*\*> in quantum praeteritum sed in quantum absens.

---

<sup>1</sup> dicatur] d(icitu)r O.

<sup>2</sup> cadunt] cadent O.

<sup>3</sup> praeteritae] praeterita O.

## *Quaestio 6*

### *Utrum ad memoriam pertineat oblivio*

Quaeritur utrum ad memoriam pertineat oblivio.

1.<sup>1</sup> Et videtur quod sic.

1.1 Commentator enim dicit in commento<sup>2</sup> quod memoria est conservatio specierum intercisa; sed non esset intercisa nisi intercideret oblivio.

1.2 Praeterea, ad memoriam requiritur tempus medium inter primam apprehensionem et ipsam memoriam; sed in illo tempore medio anima non considerat nec memoratur; ergo obliviscitur.

1.3 Praeterea, omnis transmutatio fit ab oppositis et in opposita; oblivio et memoria sunt opposita; ergo si aliquis memoratur requiritur quod prius obliviscatur.

2. Ad oppositum. Illius quod manet in anima sicut imago et pictura non est oblivio; sed eius quod anima memoratur phantasma manet in anima sicut imago et pictura; ergo eius non est oblivio.

3. Dicendum quod ad memoriam non requiritur oblivio. Et ratio huius est quia memorativa est cognitiva rei prius apprehensae per sensum vel per intellectum sub intentione praeteritionis, et ideo inter priorem apprehensionem rei et eius memoriam requiritur tempus medium, in quo quidem tempore medio est habitualis conservatio illius rei per phantasma in quantum est imago et pictura eiusdem; sed oblivio est totalis exclusio vel exterminatio rei ab anima; ergo ad memoriam non requiritur oblivio.

Advertendum tamen est quod aliter est de memoria et reminiscencia. Reminiscencia enim est inquisitiva alicuius quod a memoria excidit, et ideo ad reminiscenciam pertinet oblivio; sed memoria est subita et instantanea

---

<sup>1</sup> *Rationibus 1.1-1.2 similes sunt rationes 1.1-1.2 quaestionis 11<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL78 (2008) 92-93.*

<sup>2</sup> Averroes, *Mem.* 49: "rememoratio est conservatio abscisa, conservatio autem est rememoratio continua"; 59, *versio Parisina*: "memoria proprie dicta est continua conservatio intencionis forme ymaginabilis (rememoracio vero est intercisa conservacio eiusdem intencionis)".

recordatio alicuius prius apprehensi per aliquid in anima manens, et ideo ad ipsam memoriam non requiritur oblivio.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod Commentator dicit memoriam esse intercisam non per oblivionem [[sed quia intercidatur oblivione]] sed quia interciditur ab actuali consideratione.

*Ad 1.2* Ad aliud patet per idem quod in tempore medio inter priorem apprehensionem et eius memoriam non est oblivio, quia species rei in anima habitualiter manet; sed in illo tempore est vacatio ab actuali consideratione secundum quod anima divertit se ad alia a priore apprehensione.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod oblivio et memoria, etsi sint contraria, quia respectu eiusdem simul esse non possunt, non tamen oportet quod anima semper sit sub uno vel altero, quia contingit quod neque memoretur neque obliviscatur, quia utrumque praesupponit priorem acceptiorem, et contingere potest quod res prius non fuerit apprehensa, et ideo non oportet quod mutatio ad unum procedat ex altero, et propter hoc inter talia non est transmutatio per se —aut si sit, inter contradictoria erit.

### *Quaestio 7*

#### *Utrum pueri et senes sint male memorabiles*

Quaeritur utrum pueri sint male memorabiles et similiter senes.

1. Et videtur quod non.

*1.1*<sup>1</sup> Ad fortem impressionem sequitur bona conservatio et ad bonam conservationem bona memoria; sed in pueris est fortis et vehemens apprehensorum impressio, quia nova et insolita menti bene imprimuntur.

*1.2* Praeterea, Philosophus dicit in secundo Ethicorum<sup>2</sup> quod non parum differt ex iuvene assuefieri ad bonum, quia quae iuvenes recipimus firmiter retinemus; sed hoc non esset nisi iuvenes /186rB/ essent bonae memoriae.

---

<sup>1</sup> *Rationi 1.1 similis est ratio 1.2 quaest. 12<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL78 (2008) 95.*

<sup>2</sup> Arist., *EN* II.1.1103b23-25.



1.3 Idem videtur de senibus, quia sicca et frigida sunt bene retentiva; sed senes sunt frigidi et sicci; ergo etc.

2. Oppositum dicit Philosophus.<sup>1</sup>

3. Dicendum quod secundum dispositionem naturalem iuvenes et senes non sunt bene memorabiles, et hoc propter duo ex parte iuvenum et propter duo ex parte senum. Ex parte iuvenum propter motum et humiditatem: illa enim quae sunt in motu, etsi de facili recipiant, non tamen bene retinent; sed iuvenes sunt in motu augmenti; et ideo non bene retinent, sicut nec aqua fluens vel cera, si continue flueret, retineret impressum sigilli. Secundo propter humiditatem, quia humida bene recipiunt sed male retinent, et in iuvenibus est humiditas superabundans. Et similiter senes sunt in motu detrimenti et sunt frigidi et sicci, et frigida et sicca non sunt bene receptiva, unde lapides de difficili impressionem recipiunt.

Intelligendum tamen quod accidentaliter iuvenes saepe sunt memorabiles, quia nova et insolita firmiter menti imprimuntur, et quia omnia pueris sunt nova et insolita [et] ideo per accidens contingit quod saepe memorentur<sup>2</sup> quae in pueritia apprehenduntur.

*Ad 1.1* Et per hoc patet ad primam rationem.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod consuetudo est quasi quaedam natura; unde consuetudo facit aliquid esse alicui<sup>3</sup> sicut naturale, et ideo dicit Philosophus quod assuefieri ad bonum multum confert ad virtutem, unde non solum memorantur ex hoc quod in iuventute aliquid apprehendunt, sed ex hoc quod saepe assueti sunt ad hoc, unde frequens consuetudo memoriam conservat.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod senes sunt frigidi et sicci, et ideo non bene memorantur quae in senio apprehendunt, tamen frequenter bene memorantur quae in tempore status<sup>4</sup> apprehenderunt.

---

<sup>1</sup> Arist., *Mem.* 1.450b6.

<sup>2</sup> memorentur] *si sanum est, passive legendum est.*

<sup>3</sup> alicui] alteri O.

<sup>4</sup> status] *vox suspecta.*

## *Quaestio 8*

### *Utrum memoria insit omnibus animalibus*

Consequenter quaeritur utrum memoria insit omnibus animalibus.<sup>1</sup>

1. Et videtur quod sic.

1.1 Cui inest subiectum, et passio subiecti; sed memoria est passio primi sensitivi per Philosophum;<sup>2</sup> cum igitur primum sensitivum insit omni animali, memoria inest sibi.

1.2<sup>3</sup> Praeterea, ad illam partem pertinet memoria per quam distinguitur tempus; sed pars distinctiva temporis inest omni animali. Maior patet per Philosophum.<sup>4</sup> Probatio minoris: ab eadem parte cognoscitur motus, magnitudo et tempus; sed motus et magnitudo cognoscuntur [[ergo]] a tactu et sensu, quae omnibus insunt; ergo et tempus.

1.3 Praeterea, Philosophus<sup>5</sup> in principio De sensu et sensato dicit quod quaedam sunt <communia> omnibus animalibus et quaedam singulis propria; et communia sunt, ut dicit, sicut sensus et memoria, ira et gaudium et talia; ergo memoria inest omni animali.

2. Ad oppositum. Ex sensu fit memoria, et ex memoria experimentum (per Philosophum primo Metaphysicae);<sup>6</sup> sed multa sunt animalia quae experimento non participant (per Philosophum ibidem);<sup>7</sup> ergo nec memoria.

3. Dicendum quod memoria inest quibusdam animalibus, ut perfectis et mobilibus, et non aliis, ut imperfectis et immobilibus. Et huius ratio est: cum enim sunt duae virtutes ordinem secundum superius et inferius habentes, et secundum perfectius et minus perfectum, non omnia quae sunt inferioris virtutis attingunt ad participationem similitudinariam eius quod

---

<sup>1</sup> Cf. Arist., *Mem.* 1.450a15-16 *ex versione Moerbekiana*: "Unde et alteris quibusdam inest animalium et non solum homini et habentibus opinionem et prudentiam."

<sup>2</sup> Arist., *Mem.* 1.450a12-14.

<sup>3</sup> *Rationi 1.2 similis est ratio 1.2 quaest. 10<sup>ae</sup> Petri de Alvernia, CIMAGL 78 (2008) 90.*

<sup>4</sup> Arist., *Mem.* 1.450a16-19.

<sup>5</sup> Arist., *Sens.* 1. 436a6-11.

<sup>6</sup> Arist., *Metaph.* I.1.980a29-981a 1.

<sup>7</sup> Arist., *Metaph.* I.1.980b25-27.

est superius, sed solum illa quae sunt superiora in ordine inferiori; sed pars sensitiva et intellectiva ordinem habent ad invicem secundum superius et inferius, secundum perfectius et minus perfectum, /186vA/ et partis sensitivae, quae inferior est, sunt multae potentiae speciales, et ideo non est necesse quod qui<d>libet aliquam partem habens sensitivam pertingat ad participationem similitudinariam partis intellectivae; sed memoria quandam participationem similitudinariam rationi<s> habet –nam sensus est singularium et eorum quae sunt hic et nunc, et per consequens praesentium, sed intellectus est universalium, quae sunt ubique et semper– in hoc ergo quod virtus cognoscitiva est rei non ut praesens est, sed ut praeterita vel futura, recedit a proprietate sensus et attingit aliquam similitudinem intellectus; sed memoria est praeteritorum ut praeterita sunt; ergo aliquam similitudinem intellectus et rationis habet, et per consequens non omnia animalia nata sunt participare memoria. Illa autem quae participant sunt progressiva et mobilia motu progressivo, et non alia. Cuius ratio est quia natura providet animali sensus propter necessitatem et utilitatem vitae, sed animali progressivo non solum necessarium<sup>1</sup> <est ut> in praesentia maneat<sup>2</sup> aliqua impressio sed in absentia, alioquin ad distans non moveretur nec motum inceptum continuaret. Sed animalia immobilia non indigent conservatione[m] sensibilibus in absentia, sed solum recipiunt et retinent impressionem rerum cum praesentes<sup>3</sup> sunt, nec necessaria est eis conservatio absentium, quia ad absens et distans moveri non possunt.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod memoria dicitur potentia primi sensitivi quia ab ipso sicut a radice et origine procedit, nam una potentia fluit ab anima mediante alia. Sed tamen primum sensitivum quocumque modo acceptum non est origo vel radix memoriae, sed oportet quod sit receptivum et retentivum et potens ad retentum se convertere. Ad Philosophum potest dici quod etsi memoria sit passio primi sensitivi, non tamen cuiuscumque.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod a quocumque percipitur tempus percipitur magnitudo et motus, non tamen econverso. Nihil enim prohibet aliquod animal percipere motum, et tamen non percipere prius et posterius

---

<sup>1</sup> necessarium] *lectio incerta* O.

<sup>2</sup> maneat] ma(at) O.

<sup>3</sup> praesentes] praesentia O.

in motu; vel terminos motus, non tamen medium inter terminos. Unde, quia non omne animal percipit prius et posterius in motu, ideo non omne animal percipit tempus.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod cum Philosophus in libro De sensu dixerit quod communia omni animali sunt etc., ipse subdit “fere”,<sup>1</sup> et hoc pro memoria et ira, quae non insunt nisi animalibus perfectis.

---

<sup>1</sup> Arist., *Sens.* 1. 436a10.

<Mem. 2.451a16> **DE IPSO REMINISCI** etc.

### *Quaestio 9*

#### *Utrum reminiscentia sit passio partis sensitivae vel intellectivae*

Circa illud quaeritur primo utrum reminiscentia sit passio partis sensitivae vel intellectivae.

1. Et quod partis intellectivae videtur.

1.1<sup>1</sup> Nam discursus ab uno in aliud per modum syllogismi est actus rationis, quae non est alligata organo corporali; sed reminiscentia est sicut quidam syllogismus per Philosophum hic;<sup>2</sup> ergo etc.

1.2 Praeterea, cognitio universalium debetur intellectui sicut sensui<sup>3</sup> singularium; sed per Philosophum<sup>4</sup> oportet reminiscentem a principio universaliori procedere; ergo etc.

1.3 Praeterea, si reminiscentia esset partis sensitivae sicut memoria, tunc omni animali progressivo cui inest memoria inesset reminiscentia; hoc est falsum; ergo etc.

2. Oppositum dicit Philosophus hic,<sup>5</sup> dicit enim quod reminiscentia est passio corporea.

3.1.0 Dicendum quod reminiscentia proprie accepta est passio cuiusdam partis sensitivae utentis organo, et ideo virtus reminiscitiva est virtus sensitiva.

3.1.1 Et huius declaratio est nam operationes partis intellectivae /186vB/ sub imperio rationis sunt constitutae, et ideo dicitur in 2<sup>o</sup> De anima<sup>6</sup> quod

---

<sup>1</sup> *Haec quaestio multis numeris quaestioni 16<sup>ae</sup> Petri de Alvernia (CIMAGL 78 [1978] 106-107) similis est.*

<sup>2</sup> Arist., *Mem.* 2.453a10.

<sup>3</sup> sensui]sensus **O**.

<sup>4</sup> Arist., *Mem.* 2.450a17.

<sup>5</sup> Arist., *Mem.* 2.453a14-15.

<sup>6</sup> Arist., *de An.* II.5.417b23-24.

intelligimus cum volumus. Sed operationes virtutum<sup>1</sup> utentium organis corporalibus non oboediunt ad plenum imperio voluntatis: sicut enim in potestate proicientis non est impedire proiectum resumere cum voluerit, sic moto organo corporali et per aliquam passionem inquietato [cum] non est in potestate hominis ab illa inquietatione cessare; sed<sup>2</sup> reminiscence<s> et multum ad reminiscendum intendentes cum non possunt<sup>3</sup> reminisci multum †per mul\*\*4† et inquietantur; et si a reminiscendo resistere intendant, ab inquietatione adhuc non sunt soluti; sed hoc non esset nisi in reminiscendo moveretur aliqua pars corporea, quia si reminiscencia esset partis intellectivae, ad imperium voluntatis cessaret; ergo ad partem sensitivam pertinet.

3.1.2 Iterum, idem patet per impedimenta reminiscenciae, nam habentes superiora maiora inferioribus, ut nani,<sup>5</sup> non sunt bene memorabiles nec reminiscibiles, quia ad memoriam requiritur apprehensi conservatio, et reminiscencia ex aliquo in memoria retento procedit; sed tales propter multitudinem materiae gravedinem capitis habent et multum de humido propter humores ad partes superiores fluentes, ideo non bene conservant impressa, et per consequens sunt immemorabiles; et quia non est ibi aliquid principium in memoria retentum a quo possunt procedere, ideo sunt irremiscibiles.

3.2<sup>6</sup> Intelligendum etiam est quod si in eadem re sint duae virtutes ad invicem ordinatae, supremum inferioris attingit ad \infimum/ superioris, alioquin non posset fieri ex eis unum vel unius rei esse virtutes; sed [[intellectus]] ratio est discurrens ab uno in aliud, et intellectus et sensus in homine coniunguntur; ideo oportet quod sensus aliquo modo discursum attingat, et ideo potest sensus communis differentiam inter duo dis-

---

<sup>1</sup> virtutum] virium **O**.

<sup>2</sup> sed reminiscences etc.] cf. Arist., *Mem.* 2.453a14-18, trl. Guillelmi: "Quod autem corporea quedam passio reminiscencia questio in tali fantasmatis, signum turbari quosdam cum non possunt reminisci et ualde adhibentes intelligenciam, et non adhuc conantes reminisci nichil minus".

<sup>3</sup> possunt] poterunt **O**.

<sup>4</sup> mul\*\*] post mul spatium vacuum 2-3 litterarum capax reliquit **O**.

<sup>5</sup> ut nani] cf. Arist., *Mem.* 2.453a31-b2.

<sup>6</sup> *Praeter quaestionem 16<sup>am</sup> Petri de Alvernia, quaestionem 9<sup>am</sup> Radulphi Britonis super librum De memoria & reminiscencia* [CIMAGL 85 (2016) 49-50] conferas.

cernere, et similiter patet<sup>1</sup> partem sensitivam ab uno sensibili ad aliud procedere.

*Ad 1.1* Ad rationes per hoc dicendum quod discursus ab universali ad universale per modum syllogismi est actus rationis, sed discursus a particulari ad particulare potest esse partis sensitivae; hoc tamen non est absolute<sup>2</sup> in quantum sensitiva, sed in quantum in eodem coniungitur cum ratione.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod cum Philosophus dicit quod oportet remniscentem a principio universaliori procedere non accipit ibi universale quod est de<sup>3</sup> multis praedicabile secundum quod accipitur in logica, sed accipit pro eo ex quo aliquis potest ad diversa moveri.<sup>4</sup>

*d 1.3* Ad aliud dicendum quod pars sensitiva in quolibet animali non coniungitur cum ratione, et ideo in aliis animalibus non potest esse discursus ab uno in alterum per modum rationis et syllogismi; sed si aliquo modo hoc fit,<sup>5</sup> hoc erit instinctu naturali.

### *Quaestio 10*

#### *Utrum memoria et reminiscentia sint eiusdem potentiae*

Quaeritur utrum memoria et reminiscentia sint eiusdem potentiae.

*1.* Et videtur quod non.

*1.1* Nam si eadem potentia esset memorativa et reminiscitiva, tunc omne /187rA/ animal participans memoria participaret reminiscentia; hoc est falsum, quia multa animalia participant memoria, solus homo reminiscentia.

*1.2* Item, actus reminiscentiae, qui est uti syllogismo ad inquisitionem memoriae, magis differt ab actu memoriae quam actus aestimativae ab actu imaginativae vel phantasticae; sed aestimativa et imaginativa sunt diversae potentiae; ergo multo magis memorativa et reminiscitiva. Maior

---

<sup>1</sup> patet] p(er)<sub>3</sub> O.

<sup>2</sup> absolute] ab()<sub>te</sub> O.

<sup>3</sup> de] a O.

<sup>4</sup> moveri] movere O.

<sup>5</sup> fit] sit O.

patet, quia actus memoriae est subitaneus et instantaneus, sed reminiscen-  
tia est temporalis et successivus.

1.3 Praeterea, illae potentiae sunt diversae quae requirunt diversas dis-  
positiones et habitudines in corpore, quia diversitas materiae non est nisi  
propter diversitatem in forma; sed de facili addiscentes ab aliis vel inve-  
nientes per se ipsos sunt bene reminiscibiles, sed tardi ad addiscendum et  
inveniendum sunt bene memorabiles. Tarditas autem et facilitas movendi  
non pertinent ad eandem partem corporalem; ergo etc.

2. Ad oppositum. Potentiae<sup>1</sup> distinguuntur per actus et obiecta; sed idem  
est obiectum memorativae et reminiscitivae, et illud idem quod a memo-  
ria est elapsum per reminiscentiam est acquisitum.

3. Dicendum quod reminiscentia et memoria pertinent<sup>2</sup> ad eandem poten-  
tiam per se, differunt tamen per accidens et per respectum ad alterum. Et  
huius ratio est: memoria se habet ad reminiscentiam sicut terminus ad  
motum, et sicut quiescere ad moveri vel habere ad acquirere; sed in cor-  
poralibus per eandem potentiam quiescit aliquid in loco proprio et move-  
tur ad locum, et per ea<n>dem acquirit terminum et terminum quaesitum  
tenet; Cum igitur reminiscentia sit inquisitiva<sup>3</sup> illius quod a memoria ex-  
cidit ut ad memoriam reducatur, memoria est sicut terminus reminiscen-  
tia, et ideo sunt eiusdem.

Ad cuius evidentiam intelligendum est quod quattuor sunt vir<tut>es  
interiores, quorum duae sunt respectu sensibilium, ut sensus communis et  
imaginativa, et duae respectu intentionum quas sensus non percipit, ut  
aestimativa et memorativa. Quantum ad sensum communem et imagina-  
tivam non est differentia inter hominem et bruta, quia eodem modo  
immutatur sensus hominis a sensibilibus et sensus alterius animalis. Sed  
quantum ad aestimativam et memorativam aliter est in homine et in aliis  
animalibus, quia alia animalia instinctu naturae tales intentiones percipi-  
unt, ovis enim instinctu percipit lupum esse inimicum; sed homo per

---

<sup>1</sup> *Similis est ratio 1.2 quaestionis 8<sup>ae</sup> Radulphi Britonis, CIMAGL 85 (2016) 46. Cf. prae-  
terea Thomas Aquinas, Quaestiones disputatae de veritate 15.2: "Praeterea, potentiae  
distinguuntur per actus, et actus per obiecta"; Incerti Auctores, Quaest. SE (CPhD  
VII) qu. 65.73-74: "Unde Aristoteles in secundo de Anima: potentiae distinguuntur per  
actus" (Arist., de An. III.2.427a6-7).*

<sup>2</sup> pertinent] perti()ant O.

<sup>3</sup> inquisitiva] inquisite()a O.



rationem et syllogismum tales intentiones potest adinvenire; et ideo illa virtus quae in bruto dicitur aestimativa in homine dicitur cogitativa, quae aliquando dicitur ratio particularis, quia est deliberativa<sup>1</sup> intentionum individualium sicut intellectus universalium, et ideo frequenter <dicitur> intellectus passivus<sup>2</sup>; similiter homo non solum recordatur praeteritorum subito et <in> instanti sicut bruta, sed ad memoriam praeteritorum <potest> venire per inquisitionem et syllogismum. Et ideo in homine non solum est memoria sed reminiscencia, cuius actus est memoriam inquirere per modum syllogismi; iste tamen actus non est alterius potentiae quam illius cuius est memorari, quia ad idem tendunt et idem obiectum habent, sed diversimode in eius notitiam perveniunt.

*Ad 1.1* Ad primum argumentum dicendum quod /187rB/ reminiscencia convenit parti sensitivae hominis pro eo quod coniungitur cum ratione; unde memorativa et reminiscencia ex parte partis sensitivae non differunt, sed solum ex parte rationis, cui memoria in quibusdam coniungitur et in quibusdam non. Unde in quibus coniungitur cum ratione, memorativa potest esse reminiscitiva, et in quibus non coniungitur, memorativa est absque reminiscitiva.

*Ad 1.2* Ad aliud dicendum quod actus memorativae et [et] reminiscitivae ex parte sensitivae non differunt nisi sicut inquirere et habere, quae ad eandem potentiam pertinent; sed actus imaginativae est retinere species sensibilium, et aestimativae recipere species non sensibiles; et recipere et retinere in corporalibus ad diversa pertinent.

*Ad 1.3* Ad aliud dicendum quod memoria et reminiscencia diversas habitudines in corpore requirunt, non per se sed per accidens; unde quod memorabiles sint irremiscibiles vel econverso, hoc accidit; in multis enim contingit quod idem sunt memorabiles et reminiscibiles, licet non in omnibus. Unde ad facilitatem reminiscendi aliud requiritur quam ad memorandum, quia memoria est conservatio prius acceptorum et reminiscencia est quaedam rememoratio prius acceptorum sed non retentorum; et ideo tardi ad addiscendum vel inveniendum, quia saepe sunt retentivi, sunt bene memorabiles, sed faciles ad inveniendum vel addiscendum, quia sunt de facili mobiles, ideo sunt bene reminiscibiles. Unde ad formam

---

<sup>1</sup> deliberativa] fere teberativa O.

<sup>2</sup> passivus] pas<sup>9</sup> O.

dicendum quod talis diversitas requiritur ad facilitatem memorandi vel reminiscendi.

### *Quaestio 11*

#### *Utrum modus memorandi sit naturalis vel rationalis sive artificialis*

Utrum modus memorandi sit naturalis vel rationalis sive artificialis.

1. Videtur quod non sit naturalis.

1.1 Quia ad illud quod est naturale non confert consuetudo; sed ad ista confert consuetudo.

1.2 Praeterea, motus naturae est uno modo et non pluribus; sed reminisci contingit pluribus modis.

1.3 Praeterea, quia medium extremis pluribus modis potest adnecti, aut sicut extraneum vel sicut consequens vel sicut antecedens, ideo modus inveniendi medium est artificialis. Sed reminiscens ad notitiam eius quod a memoria excidit pluribus modis potest pervenire, ut a simili vel a contrario vel a propinquo, ut dicitur in Littera;<sup>1</sup> ergo iste modus est artificialis.

2. Ad oppositum.

2.1 Eorum quae sunt naturalia operationes sunt naturales; sed potentia reminiscitiva est potentia naturalis animae; ergo et modus reminiscendi naturalis est.

2.2 Praeterea, ad reminiscendum diversi diversimode sunt dispositi, et hoc propter diversitatem compositionis et complexionis, quod non esset nisi modus reminiscendi esset naturalis.

3. Dicendum quod modus reminiscendi artificialis est, extendendo nomen artis, sicut modus syllogizandi. Tamen ista ars fundatur super res naturaliter vel quasi naturaliter ad invicem applicatas, quia reminiscentem oportet procedere ex quodam principio in memoria retento, ex quo de natura (vel ex consuetudine, quae est quasi natura) in id quod excidit a memoria potest pervenire. Sed quia diversis modis contingit ad eundem terminum

---

<sup>1</sup> Arist., *Mem.* 2.451b19-20.

pervenire, ideo ad bene reminiscendum requiritur quaedam ars ad reminiscendum, ista tamen ars a naturali potentia procedit. Ideo dicendum quod modus reminiscendi ex parte potentiae et organi naturalis est, sed ex parte electionis mediorum artificialis est. Oportet enim reminiscentem illa quae in memoria intendit retinere in ordinem convenientem primo reducere, et secundo mentem eis intente apponere, et tertio illa frequenter meditari, quarto ab aliquo principio incipere; et ad ista requiritur quaedam ars rationis, et ideo modus reminiscendi in parte est naturalis et in parte artificialis.

*Ad 1.-2. Rationes procedunt suis viis.*

**Explicit.**